guent. Dato ſimiliter drachmas. ʒ. cum cochliario uini uno ſtomacho ieiuno, nigro tamen thymo quod elleborus nominatur, nequaq; utere, corrumpitur nanq;, et bilem gignit, ſed eo quod natura ſuapte florem effert purpureum, quiddam habẽs albicans. Hęc Aetius ſe magiſtra didiciſſe ait experientia.

Thymbra, & thymbra pręcipue hortenſis proximã thymo uim habet, at imbecilliorem.

De incipientibus ab V.

Violæ folia aquoſam & ſubfrigidam obtinent poteſtatem, id & per ſe, & cum farina, ſubacta calidas inflãmationes auertunt. Ori & aluo etiam id apponitur, & inflammatis oculis.

Viſcum ex plurima conſtat aeroſa, & aquoſa ſubſtantia calida, cui ammiſcetur exiguum terreſtre. Plus ergo in eo acuti eſt, quam amari, quod ex eius effectu licet intueri, haurit nanq;, & trahit funditus humiditates, non leues modo, ſed etiam craſſas, eaſq; diſtrahit, diſſipatq;. Eſt autem nõ ſtatim calefacientium medicaminũ in primo gradu, ſed ut tapſia.

ἰξός Dioſ. li. 3. cap. 95.

Dioſ. li. 5. cap. 6.

Vinum ſecundi eſt calefacientium ordinis, ſatis uetus tertij, ut muſtum primi. Et quoniam plures uini differentiæ ſunt paucis diſtinguendum, nam & in œconomico mox alia dicentur. Cuncta igitur uina rufa & craſſa, gignẽdo ſanguini aptiſſima, quia breui modo, exiguaq; egent mutatione, inde nigra & dulcia, inde rufa, & nigra ſubſtantia uero craſſa, & aſtringentia quaſdam ui acerbida. Alba & tenuis ſubſtantiæ, aquæ ſimilia in aluo concoquuntur et redduntur, magis autem dulcia quàm auſtera, utpote magis calida inteſtinis congruunt, & magis citant uentrẽ. Quę craſſa tardius concoquuntur. Quæ uentrem nacta ualidiorem, ut bene concoquãtur multum alimentum prębent, corripiunt, & obſtringunt aluum, & micturam cohibent, craſſumq; humorem generant. Sunt quorum uenæ obſtruantur, & iecur, & lien offenduntur, & renes, generanturq; calculi, aqua intercuti uitiantur, qui eo frequenter uſi ſint, præſertim ſenes. Probatiſſimum uero uinum & ualentibus accommodatius, & ægris, quod colore rufum, ſubſtantia tenue, aliquatenus acerbeſcens. Sunt fere uino colores quatuor, Albus, Fuluus, Sanguineus, Niger, pręcellit ſanguineus.

Vua magis cæteris hornis rebus alit, præſertim ualde matura, minus quã ficus alit. Proſunt cum ex aluo propere abeũt manſæ uuæ. Si diutius immorentur in aluo, plurimũ lędunt, nam non concoquuntur, ſed exundant ad iecur uenasq́; crudũ gignẽdo humorem, haud facile in ſanguinem commutantur, ob circumfuſam pellem, & acinos & uinacia, quæ exareſcunt. Ideo non male ab aliquibus expuitur cutis, carnem & ſuccum exuggendo, quibus aluus leuatur. Seruatæ in hiemem uuæ ſunt eſu utiliores.

Turbat aluũ recens uua oĩs. et ſtomachũ inflat. Dioſ. li. 5. cap. 3.

De incipientibus ab X.

XAnthium, hoc alij phaſganium, alij philantropum, alij chœradolethrum, huius fructus diſtrahẽdi potentiæ eſt. Coctio autẽ corticis radicis pota, ſplenem eliquat, & dentes concuſſos cõfirmat cum uino coctum & potum.

Xyris, ut quidam xyrida, tenuium partium eſt, ac diſtrahendi eſt potẽtiæ atq; arefaciendi radix quidem, ſed multo magis fructus, urinam cit, & durato ſpleni opitulatur.